



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

380. De Conversione S. Pauli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

De Conversione S. Pauli. 673

us iustitiâ & sanctitate, quia præceptis ad-
dit observationem consiliorum Christi; ple-
nus filiatione Dei; plenus consortio divi-
nitatis: quid retribuam Domino pro omni-
bus, &c.

Conf. 3. Quas gratias reddam Christo
B. Virg. Sapientiae divinæ, Misericordiae Dei,
Providentiæ æternæ, Angelo Custodi, San-
cto Patriarchæ ordinis mei pro tanto benefi-
cio. Et quia *SS. Eucharistia est cæna lucis*, ut
ait Isichius hom. 2. de B. Virg. Petam ibidem
doceri gratitudinem, & meliorem usum
talenti vocationis.

I A N U A R I U S.

MEDITATIO CCCLXXX.

De Conversione sancti Pauli.

Videbo Paulum, Actor. 9. ad omnia Deo
se offerentem. Petam eum in conversio-
ne imitari.

Conf. 1. Paulum, ut de se ait abortivum,
vel quia duodenario Apostolorum additus.
Vel quia abortivi nocent Matri, ut ille Eccle-
siaz: vel quòd natus extra tempus existente
Christo jam in caelis: vel quòd ante tempus
vi, fulmine humi prostratus in momento
conceptus, natusque, eoque pervenit, quò
ille Idiota apud D. Gertrudem lib 5. cap. 5.
Qui rogatus, quomodo tam multa sciret,
verbis D. Aug. respondit: *Deus semel inspexisse,*
est omnia didicisse. *Conf.*

674 De Conversione S. Pauli.

Conf. 2. Verba D. Pauli: *Domine, quid me vis facere?* In quibus mira est omnis nostra salus. Quia nihil melius excogitari potest, quam sit conformitas humanæ voluntatis cum divina, omnis veri, bonique regula. *Ipsa occidit, quod fuimus, ut simus, quod non eramus.* Inquit D. Augustin. Psal. 121.

Conf. . Comparari hanc conformitatem.

1. Cognitione divinæ voluntatis ex præceptis, consilijs, inspirationibus, & permissione.
2. Per velle id, quod Deus vult, nolle, quod non vult.
3. Per emolumentorum incitamenta, quæ sunt pax & gaudium resignatorum in divinam voluntatem: singulares Dei ductus in omnibus: singularis animi demissio & constantia: felix, & suæ, & alienæ salutis procuratio: fastigium & culmen Christianæ perfectionis.
4. Per impedimentorum remotionem, quæ sunt propria voluntas & amor sui.
5. Per admota adjumenta, quæ sunt divinæ Providentiæ cognitio, constans in Deū fiducia, & amor artifex horum omnium.

Quem, ut obtineam, accedam ad SS. Evcharistiam, juxta illud D. Greg. hom. 21. in Evāg. *Cibum vitæ frangite, ut eum amare valeatis.*

FEBRUARIUS.

MEDITATIO CCCLXXI.

De Purificatione B. M. Virginis.

Quomodo me DEO in holocaustum
offerre possim, Aspi.